



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Habitvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

catione, nisi quādo Papa expressē vellet statim non valere. secundum Geminia capitul. 1. de cōces. p̄bend. li. 6. aliter de concessione ab inferiori, maximē quando alteri p̄iudicatur, & cōmittitur sine cognitione causæ.

⁷ Q V A N D O alteri est ius acquisitum non reuocatur gratia. Et sic intelligitur regula, mutare. de regulis iuris lib. 6.

⁸ Q V A N D O data est gratia alicui de immunitate propter multitudinē filiorum, si aliqui moriantur, non reuocatur gratia: secundum Ioan. Andræ in regula decet. de regul. iur. lib. 6. in merc. quia ius erat iam sibi acquisitum.

⁹ G R A T I A facta cum conditione, quousq; aliter ordinauero, durat post mortem concedentis: secundum Geminia in capitul. si gratiosē. de referi. lib. 6. non autem si dicat quousque placuerit nobis. infra, voluntas. §. 1. De gratia diuina, sine qua opera nostra meritoria esse nequeunt, dicendum est, quōd quilibet tenetur illam habere, & si non habet, imputandum est ei, & non Deo.

G V L A.

¹ G V L A, secundum Thom. secunda secunda. quæstio. 148. importat inordinatum appetitum, vel actū delectationis cibi, & potus, & tunc mortale peccatum est, quando ibi finis vltimus cōstituitur. iuxta illud Apostoli. Quorum Deus venter est. Propter quōd non seruatur ieiunium de p̄cepto, comeduntur carnes diebus prohibitis, & cætera, vel si quis aliquod prohibitum faciat, vel faciendum de p̄cepto omittat.

² S E C V N D O, quādo quis comedit, vel bibit in graue nocuentū corporis, vel animæ scienter, vel probabiliter: secus si ignoranter, vel pro modico detrimento, tunc est veniale.

³ T E R T I O, si vsque ad vomitū, vel ebrietatem comedit, vel bibit aduertenter: secundum quod supra dictum est, Ebrietas §. 1. mortale est. Agit enim contra naturam.

⁴ Q V A R T O, si hoc fiat propter finem, qui sit peccatum mortale, vt ad luxuriandum, est mortale peccatum, aliter communiter est veniale, cum non sit contra charitatem Dei, vel proximi.

⁵ G V L A capitale vitium est: secundū Gre. cuius species sunt. §. in 30. li. mor. scilicet, propterē lautē, nimis ardentē, & studiosē. Propterē, id est, ante tēpus. in canon. solent. de con. distinct. 1. Lautē, quia cibos delicatiores quærunr. capitul. distinctione 41. Nimis, scilicet comedendo, quōd ad quantitatem. Ardentē æstuando immenso desiderio. in dicto capitulo. Studiosē, id est, nimis accuratē p̄parando capitulo 3. 41. distinctione.

⁶ F I L I A E gulæ sunt, secundū Gre. 31. lib. mor. hæ. videlicet, ebrietas, hebetudo mentis, inepta lætitia, multiloquium, scurrilitas, & imundicia. de quibus vide in locis suis. Dicuntur enim huiusmodi vitia gulæ filix, eō quōd ex ea ortum habent. Nam gulæ vitium rationem perturbat, ex quo irracionales motus interius, & exterius consequuntur.

H A B I T V S.

¹ H A B I T V M debitum omittere, vel occultare, cum sit contra, vel p̄ter rationem, peccatum est, quod multis modis contingit. Primō, si mulier veste virili vtatur, vel econtrā, quod prohibetur Deut. 22. & 30. dicto capitulo, si qua mulier, vbi dicitur, Anathema sit mulier induens vestem virilem, quæ si faciat superstitiosē, vel propter luxuriam, mortale est si ex vanitate, vt in laruis, & representationibus: secus est. Quōd si quis hoc in vsu habuerit, non debet pati: sed ab Episcopo admoneri sub excommunicationis p̄na. quōd si non desistat, debet excommunicari, supra, p̄mina. §. 2. sic enim licentior ad peccandum faciliter fieret mulier. Clerici vtentes habitu laicorum, vel prohibito, peccant, supra, Clericus §. 10.

² R E L I G I O si dimittēs habitū

soz

suae religionis, quomodo sunt excommunicati, supra. Excommunicatio §. 3. Apostasia. §. 6. ex causa tamen rationabili potest quis dimittere, ut dum vult se balneare, vel honeste recreare, & postmodum assumere. Aliiter dimittere, vel occultans dum procedit in publicum, ita ut non cognoscatur religiosus, mortaliter peccat, & incidit in canonem. cleri. ut periculosa. ne clerici vel monachi. Et licet inter doctores sit magna diuersitas; tamen, quia talis ita occultans habitum, ut à conuersariis cum illo non reputetur religiosus, vagandi materiam habet, ac si materialiter habitum dimisisset, quæ vagandi occasio pro ratione ponitur in canone, ideo talem non euadere sententiam, etiam quod materialiter non deponat, crediderim, & ita tenet Caietanus verb. excommunicatio. canone 61. Et Sil. videtur idem sentire. verbo, excommunicatio nona. §. vigesimo quarto. notabili. quarto. & in verbo, habitus. §. tertio dicit allegans Archipresby. quod monachus utens habitu clericorum secularium, ut non appareat monachus, vel non cognoscatur vel propter verecundiam, vel propter vanitatem, non euadit mortale, nec sententiam. supra. Excommunicatio quinquagesima tertia. Caueant itaque religiosi ab habitus occultatione.

§. SECULARES vtentes veste religiosa, siue masculorum, siue foeminarum causa ludi, ex leuitate, siue irrisione, & turpitudine, non videntur mortaliter peccare: quia nullo iure hoc est vitabile. Si autem hoc faciant causa vituperij: secundum glossam in capitulo, cum decorum. de vita & honestate clericorum cum prohibitum sit uti habitu monachali, vel alio religioso, & hoc faciens grauius punitur. in authentica de sanctis Episcopis. §. ultimo, columna 9. consequenter mortaliter videntur peccare, Imò etiam quod non fiat hac de causa, si tamen fiat cum ludibrio, ut cum deferuntur lasciuè, verè, vel apparenter, ut in masculis, seu laruis, videtur omnino mor-

tale: quia est magna irrisio Dei in suis sanctis. Similiter cum deferuntur à mimis, & histrionibus vituperosa exerceantibus. C. de Episcoporum audientia. l. mimæ. Panormitanus in dicto capitulo cum decorem, dicit ludibria esse rerum inhonestarum narrationes. An Christianus assumens habitum infidelium peccet. supra. fides, infra. in fidelitas. §. 13. Seculares non vtentes habitu secundum morem patriæ, peccant, vel non: secundum eorum statum, infra. Ornatus. §. 1. Monachus ad curam ecclesiæ secularis assumptus, ab habitu monachali non absoluitur, nisi ob scandalum vitandum. c. Deus. de vit. & ho. clericor.

HASTILVDIVM.

HASTILVDIVM, quod fit, quando duo milites currunt cum lanceis, vnus contra alium: quia ibi communitè non interuenit mors, seu mutilatio, non est ex suo genere mortale peccatum, & similiter quicumque alius ludus militaris, similem habens conditionem. Si tamen verum est ibi: ut in pluribus, non adesse periculum personale, propter quod torneamenta damnantur. de tor. c. felices. infra. torneamentum. per totum. Et cum hoc mortale non sit, licebit dominis permittere huiusmodi, & alijs cum delectatione inspicere.

HÆREDITAS.

HÆREDITAS est successio in ius vniuersum, quod defunctus habuit tempore mortis: secundum Barto. in rub. de acqui. hæred. ff. & ea data, vel vedita, trāsit in ius patronatus, & omnia iura, secundum Innoc. in c. ex literis. de iur. patro.

§. SECUNDVM ius gentium, hæres non succedebat in ius vniuersum defuncti, sed capiebat bona tāquam vancātia, ex hoc sequitur, quod hæres non tenetur in conscientia (quæ sequitur hoc ius) ultra vires hæreditatis. C. de iur. deli. l. fin.

§. QVANDO defunctus ab intestato